Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 917
Quelle:
Copyright:

V. *fol.* 72. Definitiones Logicae, Metaphyficae et Ethicae in Tabellas redactae, levis momenti.

CCLX. *ablatus a G.*

682 Codex membraneus lat. Sec. minimum VII. Folior. nunc 115. 4. Formae pene quadrae, charactere magno quadrato elegantiffimo, absque vocum diftinctione, exaratus, rubricis notatus, adlatus olim ex Arce *Ambrafiana*, maximique pretii jam a *Lambecio* L. II. p. 799. edit. *Kollar. col.* 624. defcriptus eft, adjecto etiam gemino cum picturarum, tum literarum aeri incifarum fpecimine. Videtur ille porro ex duobus coaluiffe; priora enim 7. *Folia*, quorum primum et ultimum Figuram Crucis a *Lambecio* exhibitam, fextum graecam IV. *Evangeliorum* Infcriptionem, reliqua, videlicet 2. 3. 4. et 5. *Canones* graecos *Harmonicos Eufebii* continent, manifefte ad quendam ejusdem aetatis *Evangeliorum* graecorum *Codicem* pertinuere. Hallucinatus eft igitur *Baudelotus*, dum T. II. *de Utilit. Itiner.* edit. *Rothomag.* 1727. p. 127. 8. fcripfit: *C'eft un Ouvrage de Ruffin fur la Genefe, qui a plufieurs Titres Grecs;* nec una ratione hallucinatus; nam *Libri II. Rufini Aquilejenfis* Presb. qui ad an. 410. vitam produxit, tantum abeft, ut totam *Genefin* amplectantur, ut nonnifi in XII. *Patriarcharum Benedictiones Cap.* 49. contentas, quod omnes Eruditi norunt, commententur. Quare oculos intendere oportebat Ὁδοιπόρον illum, ut multos alios fui generis. Praeit jam in *Codice* hofce *Libros* Epiftola *Paulini* infcripta: *Paulinus: Rufino: Fratri Sal.* Editio Operum *Rufini Parifiis* a *Ren. Laur. De la Barre* 1580. f. curata, quae fola ad manum eft, interferit: *Nolanus Epifcopus.* Epiftolae initium: *Uel Breuis Nobis Ab Unanimitate Tua Litterae Magno Refrigerio Sunt.* &c. *Fol.* 10. p. 2. fuccedunt: *Refcribta Ad Presbyterum Paulinum* (itaque nondum Epifcopum) *De Judae Benedictionibus.* Initium: *Quanto Magis Ego Me Tibi Excufo* &c. Graeca, quae in hoc refponfo occurrunt, fpiritibus et accentibus deftituta funt et recte habent, nifi, quod H bis rediens priori vice per *h* exprimatur. *Fol.* 15. Incipit Expofitio Benedictionis Judae: *Juda Te Conlaudent Fratres* &c. Finit: *Reuelata Facie Gloriam Domini Speculari.* *Fol.* 42. altera *Paulini* Epiftola infcripta: *Paulinus Fratri Salutem.* Initium: *Etfi Incertum Mihi Fecit Filius Cerealis* &c. Haec Epiftola a verbis: *capeffere commifimus epiftolam iftam* &c. charactere paullo minore et compreffiore, fed tamen quadrato exarata eft, una cum fequente tota, quae infcribitur: *Incipit Refcribta Ad Eum. Rufinus Fratri Paulino Homini Dei*, et orditur: *Communem Quidem Filium Cerealem* &c. Finis ab Impreffis difcrepat; habet enim tantum: *aliis propinas.* —